



DE VISIO NIBVS ET REVELA TIONIBVS NATVRALIBVS ET diuinis, libellus elegans ac com- pendiosus, nunc primum editus,

per Clariss. & Doctiss. D. Ioannem Benedic-
tum, Regium Doctorem, Canonicum
Vratislaviensem & Cracouensem.

2. CORINTH. 12.

*Veniam ad uisiones & reuelati-
ones.*

1. CORINTH. 2.

Nobis autem reuelauit Deus per
spiritum suum.

M. D. L.

*Ioannes Langus, Ioanni
Benedicto.*

*S*i quis adhuc homini diuinant numinis auram,
Et mentem cœlo non putat esse datam.
Mentem Parcarum fatali lege solutam,
Ætherei que sit conscientia consilij
Ista legens credat paucis oracula chartis
Supra hominem quæ sunt ædita lane tibi,
Aut neget esse Deum, cui sunt mortalia curæ,
Insuper obscenus nil Epicurus habet.

Ad Ioannem Benedictum.

*Quæ sit uis animi demonstrant uisa diurna
Et nocturna, quibus certa futura patent:
Hoc opus immortale Dei dum lane reuoluis,
Immortale tui das opus ingenij.*

D. S. A.

*Ioannes Benedictus Artium &
medicinae Doctor,
in inuidum.*

*Rumparis licet, octies per artus,
Et linguan nimium superbientem*

a ij

Ferraria



Feruentemq; aconitico liquore.
 Nil moror, putidos grauesq; ronchos,
 Nil fannas sine fine prurientes:
 Nil quod diuitijs tumes duitis,
 Archanoſue patrum tenes recessus
 Inſanis: opus est tibi ueratro, &
 Num flauis faciaberis cicutis?
 Donec tu aut animum quietiorem,
 Vel sensus habeas salubriores.
 Quod ni defteris molestus esse,
 Rumpetur tibi guttur hoc malignum.

Illustri

ILLVSTRI
ET MAGNIFICO
HEROI, IOANNI COMITI A
Tarnow, Castellano Craco-
uien. &c. Ioannes Benedi-
citus Regius Doctor,
Salutem.



Rechedamidi Illustris
 & Magnifice domi-
 ne, Cum admissus fu-
 erat in conuiuiū, qui-
 dam quod nil dixisset, obiecit ei
 Zenonis inter pocula silentium,
 quirursus, non minus scite quam
 eleganter respondit, & hanc non
 esse minimam dicendi artem, tem-
 pus dicendi cognoscere. Hoc iti-
 a iij dem

DIVINAE ET NATURALES

dem mihi crebro uitio uertere anno superiore , cum una essemus , et dubia non pauca de rebus uarijs , grauiibusq; in medium prouulisti , & philosophice mouisti , inter ars morum strepitus , quibus tunc respondere cursim , nec tutum , nec decens , nec tempus fuerat , tempus enim loquendi , & tempus tacendi , & ideo si stultus tacuerit , sa
 Pro. 17. piens reputabitur . Cum autem uaria non secus atq; noua , mortaliū animos , mirum in modum oblectent , De insomnijs primū & diuinationibus , Deinde dormientibus , qui opera uigilantium exercent , et actiones uoluntarias , ridendo , comedendo , ambulādo , de latere in latus uoluendo , per tegulas deniq; editiorū domorum ,

tecta

VISIONES.

tecta percurrunt , orsi eratnus , res profecto (licet Galenus primo motuum lacertorum , non miretur) & multum & diu consyderanda , quomodo illis imaginib; in sensibus , res extra respondeat . Quem admodum Periclis seruum labo- De Feri- rasse tali morbo memoriaz datum est .
 est , quod is passim tectis somnis ans inambularet . Quod & Plinius autor grauissimus , de Gaio Meccenate refert , per triennium Mecenate fuisse in somnijs , & anno præterito in Augusto , puer annorum duodecim Basilius nomine , in aula Alberti Gastoldi , Comitis Geranonensis inter dormiendum deambulabat in cubiculo , cantabat , ad interrogata respondit , deinde se quieti dedit , mane facta a iiii rogas

DIVINAE ET NATYRALES

rogatus, nil eorum que gessisset re cordabatur. De eis insuper, qui addicti sunt opinionibus seu perturbati in sensibus, unde ea & istis similia, originem ducunt, quae ui, quo deniqꝫ pacto fiant, an imaginatiua, an cogitatiua uirtuti, at tribuenda ueniant: an quemadmodum res extra imaginem aut speciem imprimit, aut decisionem facit ad oculum. Imago oculi in imaginatiuam seu cōmunem sensum. Hic per uermiformem ad cogitatiuam, à cogitatiua in memoriam transfertur, ita & pariformiter, contrario processu, in his qui sunt addicti opinionibus, imago formata in cogitatiua, trāmittit ad imaginatiuam alterius imaginis, & imago oculi, ex ocu-

VISIONES.

lo profert, ad rem ad extra. Et ut res exemplo palam fiat, imaginatiua quæ & cogitatiua uirtus. Auerro in secundo sui colligit apAuer.
pellatur, medio cerebri uentriculo *i. e. col.* insidens, diuina uirtus, ratio, intelligentia, mens, intellectus nomenata, quæ agit operationem suam perfectè, & completere tempore somni, licet nunquam quiescat: & sicut uentum capere non possumus, ita imaginatione carere, Sexto na-
teste Aboali Sexto naturalium, ne turallum: quimus, quæ etiam uirtus, habet vim innatam formandi imagines, non solum à rebus exterioribus, per sensus exteriores, ad imaginatiuam uirtutem excitatas, sed & à sua intrinseca potestate, opus enim naturæ est mirabile, & stupen-

VISIONES.

DIVINÆ ET NATVRALES

dum. Sicut terra habet produce-
re, uarias plantarum species non
solū per semina ei extrinsecus in-
jecta, sed etiam ab intrinseca eius
natura, generat enim multas spe-
cies plantarum, ex partium sua-
rum immitatione per putrefactio-
nem. Memoria quæ in postre-
mo uentriculo, aut camera cere-
bri residet, subiçiendo ei simula-
chra rerum, per sensus exteriores,
in uigilia perceptarum, cum uirtu-
te appetitoria, quæ in corde sedem
possidet, nec non cum instrumen-
torum motuorum obedientia, est
causa absoluta, totaq; omnium
actionum & operum in omni ani-
mali. Imaginatiua itaq; & cogi-
tandi uirtus, si dimiserit actionem
actualē sensuum exteriorū, maxi-

me

me tamen usus & auditus, errati-
ca est & cæca, nempe dimittere
sensum, & sequi rationem, mox
impingit mentem in errorem,
quia in iudicio intellectus, si debet
esse uerum & rectum, præsen-
tem adesse oportet sensum exteris-
orem, in actione sua. Fit autem
huiusmodi operatio uigiliae pro-
pria, per errorem mentis, ratio
quippe in somno, subiçiente me-
moria loca, ad quæ eundum est,
consyderat, & sibi esse ratione iniu-
cunda censet, & tandem appeti-
tio, quæ est in corde, præcipit es-
se prosequendū illud iucundum,
aut etiam consuetum in uigilia,
& ad eundum, quod quidem est
locus ille, cuius memoria est te-
max, & instrumentum motus, est
cui-

DIVINÆ ET NATVRALES

cuius obediens appetitui, & ita
dormiens sic assurgit, existimat
se esse non in somno, sed in uigi-
lia, & adiuuatur ipsa mens, actio-
ne uirtutis tactiua, ac memoria.
Quia uirtus tactiua non est uehe-
menter ligata in talibus, unde pre-
tentat, attrectat, sicutum loci conti-
nuum, & durum, & efficitur tran-
silio de loco dormientis ad locum
in uigilia cognitum, & ita memo-
ria & sensatio tactiua, cum instru-
mento motus obediens: quia tas-
te non est ligatum perfectè in talis-
bus, sicut in alijs, qui haec non fa-
ciunt, exeunt in opus uigiliæ, ima-
ginatiua seu cogitante uirtute, sed
non ratione errante, que non con-
syderat tunc somnium, sub quo
omnis actio animalis quiescere de-

bet,

VISIONES.

bet, & ita memoria, uirtus tactiua,
appetitiua facultas, & obedientia,
instrumentorum motus, & ratio
quæ numero quinario compres-
henduntur, sunt causa talis opera-
tionis: ratio ut contemplans, me-
moria subiiciens spes rationi,
appetitus ut imperans uirtuti mo-
tiua, tactus ut explorans iter &
terminum ad quem eundum uen-
tit, & instrumenta motus, ut
exequentia edictum, seu impe-
rium appetitus, quæ instrumenta
motus, in summa præparatione
disposita sunt ad nutum appeti-
tus, peragere omnes functiones,
quas dicitat ratio, & appetitus iu-
bet, sunt præcipua causa huiusmo-
di operationum dormientium,
que uigilantibus sunt propria, que
opera-

DIVINÆ ET NATVRALES
 operatio instrumentorum motus, & obedientia, in paucissimis mortalium reperitur, quoniam in alijs dormientibus, uiget in somno ratio, seu imaginatio. Memoria insuper & appetitus, non tam
 men obedientia instrumentorum motus, sicut sunt masculi, corde, ligamenta, atq; ossa cum lentitidine, & flexibilitate articulorum per iuncturas. Causam coelestem tanquam uniuersalem & remotam consulto pretero, tum quod Deus stellas claudit quasi sub signaculo. Quod autem subintulit Magnificentia tua Augustum Cæsarem non solum sua, sed aliorum etiam de se somnia mordicus obseruasse. Iulium uero Cæsarem non item, alias enim è suæ uxoris somnio

somnio necem suam, si non uitare, saltē prorogare potuisset. Verum non cuius homini contingit adire Corinthum. Abdala enim Arabs uidere somnia, inquit, est à fortitudine uirtutis imaginatiæ, & ea intelligere, est à fortitudine intellectus. Vnde quamvis altissimus creauit medicinā Escl. 38. terra, tamen etiā ab oraculis, teste Plinio, multifariam petitur. Scamoneus monstrata sibi herba in Lib. 19. cap. 1. somnis, sanatus legitur, quæ ab ipso postea nomen accepit. Ptolomeo Regi sautio uenienis, telo armato, iamq; morienti, per quietem monstrata sunt remedia ueneni, ex herba. Galenum cum circa diafragma angeretur quidam, in somnis admonitum iri liberatum, simi-

DIVINÆ ET NATVRALES

Epistola.
7. Amb.

si mitteret sanguinem ex uena, inter pollicem et indicem, quod cum fecisset, mox conualuit. Idem narrat de uiro Thratio, qui iussus somnio Pergamum proficisci, & bibere quotidie de uiperarum faraco, & ungere corpus de foris transisse morbum priorem in lepram, & ab ea iubente Deo per insomnium curatum. Gabinianus etiam ex somnio admonitus, constetur per scripturas cur in cæcitatem & paralysem membrorum lapsus sit. Nonne Auensoar in suo Thesis de oculorum affectu, dicit in somnis a medico oculorum, accepisse proficiam medicinam ex aquæ rosatæ instillatione. Hinc contra singultum Gordoni remedium, et contra morbum regium,

VISIONES.

regium, sircen aut sterlus passus, rum exiccatum, in puluerem redactum, & exhibitum in uino albo subtili zucaro asperso, efficaciam habere dicitur. Quid de minutiōne angelica tredecima februarij fienda, liberare hominem eo anno a febri, pro comperto habent. *Augusti.*
Nonne puer quidam in exordio pubertatis habens dolorem aceritum, mente satia. Deinde ut in doloribus fieri solet, abreptus ab omnibus sensibus, oculis patentibus, nil sentiens, euigilans, & iam non dolens, dixit sibi apparuisse unum puerum, & alium prouectioris etatis, quorum informazione, sanitati pristinæ restitutus. Sic portulacæ & panis porcini aquæ, rupturam uenæ in pectore b bibitæ

DIVINÆ ET NATVRALES

bibite: remedio sunt efficacissim
 vide En. ^{glossam li.} duo partibus æqualibus. Et ideo
^{an. exp. 19.} viri non contemnendi, non ob-
 de Squilia stante, quod multos errare fecer-
 no & prouert somnia, tancum uisi sunt som-
 niano. Alijs tribuere, ut ex eis uel iestari
 Eccl. 34. tis eruminæ, aut felicitatis sibi di-
 uitare præsumperunt. Quen-
 admodum ut de alijs mille race-
 am, Suetonius Tranquillus, per-
 territus somnio, timens ne quid
 aduersi, in actione pateretur, petiit
 dilationem. Vnde & Ypocra-
 tes dicit: non me fugit Philopo-
 menes quid somnia ferant, & pre-
 cipue cum ordinem seruent. Con-
 ferunt enim per uiam cause ad
 morborum curationem, præci-
 puè si (ut Galenus uoluit) à Deo
 glorioſo & ſublimi fiant. Nam
 Iudas

VISIONES.

Iudas Machabæus, qui in solo
 Deo spem suam locauerat, pu-
 guaturus cum Nicanore somnio
 uiso, de Onia ſacerdote & Hiero-
 mia, omnes lætiores reddidit, ſur-
 rectis manibus, popliteſlexo, cor-
 de Domithum inuocans, faciendo
 prodigia, qui non secundum ar-
 morū potentiam, ſed ut illi libitū
 eſt, dignis dat uictoriam. Nicano-
 rem cum triginta milibus pro-
 ſtrauit, caput, manum cum hume-
 ro abſcissis, Hierosolymam detu-
 lit. Deus per uifum ostendit
 Beato Ambroſio, quo loco cor-
 pora Geruafij & Protafij martyris
^{9. Confess. cap. 7.} rum latebant, ad coērcendam ra-
 biem Iuſtinæ crudelis foeminae,
 quæ erat mater Valentini regis
 pueri. Caput etiam illud beati
 b ij præ-

DIVINÆ ET NATVRALES
præcursoris Domini , in Castel-
lo Macheronta truncatum , per
reuelationem Fœlici Monacho
sacerdoti , tempore Martiani Im-
peratoris , demonstratum fuit ,
propter cuius meritum , Pipinus
Rex Aquitanorum , Vandaloſ
superauit . Meliores enim meli-
ora. ultim. ora , & ueraces ueriora uident ſom-
nia . Tyranni autem , mendaces
& garruli , fatui , peiora uident . Sic
Dario Regi Persarum imminen-
tium malorum species , dupliciti
ſomnio est repreſentata . Illi nanc^y
Phalanx Macedonica , primo uifa
est igne depaſci . Secundo per quie-
tem uidit ad ſe adduci Alexan-
drum eo habitu , quo ipſe Rex fa-
lutatus fuerat , equo denique per
Babylonem uectum , ac cum ip^s

VISIONES.

fo equo , derepente ex oculis ab-
ductum . Iſta diuinatio fuit anis-
mi præſagientis , unde poſtea &
mari Persæ , & terra uicti . Poſ-
ſem temporis huius ſpectra ali-
quot impijs uifa , fideliter referre ,
ſed quiſilet eſt firmus . Non enim
facit Deus uerbum , caſtigatio-
nem aut plagam , niſi illud priu^{Amos 3.}
reuelauerit , ſeruis ſuis Prophetis .
Sicut Alexandri magni , repenti-
nam mortem , præceſſit mon-
ſtrum ē muliere natum , cuius ſu-
periores partes mortuæ , & infer-
næ uariarum bestiarum uiuę erāt .
Et priuſquam Mauritius Impera-
tor à Foca milite interficeretur ,
non diſſimile monſtrum apud
Datianum , tempore Gregorij
Papæ uifum eſt . Sed peccator
b iij cum

DIVINÆ ET NATVRALES

cum uenerit in profundum peccatorum, contemnit. Nobilis etiam domina mihi nota, putans se molaticam, uidit in somno trahem cubiculi scissam, et speculum fratum, quendam etiam armatum, cum lancea in latus suum impelle, post euigilans, pulchellum enixa puerum. Detrabe autem & speculo ita esse in re, sicut in somnijs conspexerat. Thales ille Milesius, unus ex septem sapientibus Græciæ, qui mundum plenum dixit dæmonibus, eosque hominibus illudere, ista tribuisse, sed tu opinioni Athenodori philosophi, accedere uideris, qui hæc & similia, fortis, & fixæ imaginationi ascripsisset, sed quid dicceret de Curtio Rufo, cum indi-

Rufus.

nato

VISIONES.

nato iam die, spatianti in porticu, offerebatur figura mulieris, humana grandior & pulchrior, quæ se prædicta, futurorum prænuntiam, & expleta erant, quæ prædixit omnia. Quid de matre Seleuci Laodica, cum nupta esset Antiocho, clero viro, inter duces Philippi, uisa est sibi per quietem concepisse ex Apolinis præsentia, grauidamque factam, munus concubitus à Deo accepisse annulum, cuius gemma anchora sculpta esset, ius sitque in domum filio, quem peperisset dare, admirabiliter fecit hunc uisum, & annuli, qui postero die eiusdem sculptura in lecto repertus est, & figura anchoræ, quæ in femore Seleuci natata cum ipso paruulo fuit. Quamvis

b iiiij obrem

DIVINÆ ET NATURALES

obrem mater filio Seleuco , annus
lum eunti cum Alexandro dedit,
ubi post mortem Alexandri oc-
cupato regno , orientis urbem
condidit. Quid dicam de Eulo-
gio Carthaginensi Rethore^e di-

De cura pro moribus tuis.
scipulo quondam Augustini , cui
non Augustinus , sed imago eius ,
trans mare in somnis exposuit
locum difficultem Ciceronis in
Rheticis à se non intellectum.
Ita enim usu multis euenit , ut quæ
intelligere non poterant uigilan-
tes , intelligent dormientes , ex ue-
hementi conuersione intentionis ,
ad fantasmatu , quæ facit ut simili-
tudo rei , ipsa res uideatur . Sicut
Aet. 10. Petrus uidit , uas linteum mitui de
celo . Eiusmodi etiam reuelationem
Num. 23. habuit Balaam , quando
att:

VISIONES.

ait: Dixit homo , cui obturatus est
oculus , dixit auditor sermonis
Dei , qui visionem omnipotentis
intuitus est , qui cadit , & sic aperi-
untur oculi eius , per cadere dor-
mitionem , intelligens , quando
oculis exterioribus clausis , inter-
ni illi aperiuntur intelligentiae , ut
de Genadio medico , pio in cu-
ra pauperum , & eleemosynis , li-
beratus per visionem , iucundam
à dubio , utrum uita alia esset post
mortem . Alexander etiam ille
magnus , cum adhuc esset in Ma-
cedonia , secumque cogitaret , in
Dio ciuitate , qua ui & consilio
Asiam subiugaret , per quietem
species obueriata , sub sacerdotali
habitu , quæ præcipit eum forti-
ter inuadere Persas : fore , ut eius

Epistola
o.o.
Euodia.

b v ductu

Joseph.
lib. ii.

DIVINÆ ET NATVRALES

ductu Persarum opes euerteret,
qui dum Hierosolymis appropin-
quaret, Iaddum Pontificem, sibi
obuium procedentem cum sacer-
dotibus candidis uestibus indu-
tis, præter opinionem omnium
ueneratus est. Interrogatus a Par-
menio, cur hostiū Principem tam
ineptè adoraret, supplex enim
Dei, & nomen, & numen adora-
uit, respondit quod non sacerdotem,
sed Deum cuius hoc sacerdotium,
sum ueneratus, cuius olim imagi-
nem, tali habitu, media quiete
concepi, & multis honestauit sa-
cerdotes muneribus. Pharaoni
item reuelatum est somnium futu-
re famis. Legas Ambrosium in
quinto, Epistola. 28. et supplemen-
tum Chronicarū, lib. 9. de Theo-
dosio,

VISIONES.

dosio, et Chrysostomū de repara-
tione lapsi: qui fatentur per quies-
tem reuelaria quæ uera sunt. Ge-
deonis em uictoria aduersus Ma-
dianitas, prius fuit per noctur-
nam imaginem uulgata, quam eue-
nisset. Salomonii etiam dormien- iudic. 7.
ti Dominus apparuisse scribitur,
locutum fuisse, & sicut petierat re-
rum scientiam, sapientiam contu-
lisse. Attila se uidisse viros duos Attila.
super caput suum strictos gladios
tenentes, ei mortem minantes, ni-
si Leoni Pontifici parceret. Quem
admodū et Garatarum et Aegy-
ptiorū reges, diuinitus admoniti
sunt, ne Abrahæ nocerent. Et ali-
us rex, ne noceret Isaac: et aliis ne
Jacob noceret. Et eadē nocte qua
Attila mortuus est, Martianus
Impera-

DIVINAE ET NATVR ALES

Imperator apud Constantinopo-
lim per somnium uidit arcum At-
tilæ fractum, & hac de causa Phi-
lo Iudæus libros quinque, quod
somnia à Deo immittatur scripsit
Heliodoro armigero, nobilis Se-
Mach. leuci regis Asie. Equus terribilis
apparuit in aëre, habens sessorem
optimis operimentis adornatum,
per hoc remotus erat à templi spo-
liatione. Ecce quanto deterio-
res nos sumus Ethnici, qui sacer-
dotes Dei seruos, ad quorum pre-
ces, corpus sanguinis Christi con-
ficitur, qui abigit dæmones, &
aduocat ad nos angelos, & ange-
lorum Dominum, contemnimus,
persequimur, Ecclesiarumq; Basí-
licas, templa Dei immortalis. At
taliam impiissimam secuti, non so-

Ium

VISIONES

Ium spoliamus, conspurcamus,
uerum & subuertimus & in stabu-
la porcorum, & Chaldeorum
apothecas redigimus, quod nul-
la unquam perditissima natio in
sua religione fecisse legitur. In
quibus itaque prius Angelorum
ascendentium & descendentium
erat præsentia, illic nunc dæmo-
num noscitur esse assistentia &
frequentia. Ministri eñ coelestes,
augentur & aduolant ad honorū
operum multitudinem, & ad ma-
lorum operum cumulum, sinistri
angeli subito accurunt. Christus
Mattib. 8.
Mar. 5. enim saluator noster interrogans
illum, qui habitabat in sepulchris
patiens dæmonem, quod sibi esset
nomen, respondit: Legio mihi
nomen est, quia multi dæmones
sumus,

VISIONES.

as antiquas nunc hominibus occultatas curare consueverat, subtilitate enim sui immiscet se sanguini, toiam massam humoralem corrumpendo, sicut ex scissima plaga Diaboli Job immissa, apparet, ubi nulla remedia humana profuerant. Tunc enim egritudine curatur, cum Christus sanare dignatur. Ausulta quid spiritus sanctificationis per Esaiam dicat: Super muros tuos Iherusalem, constisisti custodes, qui tota die & nocte non tacebunt, sed quia stupor & mirabilia facta sunt in terra; Prophetæ prophetabant mensuracium, & sacerdotes aplaus debant manibus, & populus meus dilexit talia. Ideo isti sancti angeli, praesides templi, custodes

DIVINAE ET NATURALES

sumus, bone enim potestate s. habitant in corporibus bonorum, dicente Zacharia: Et ait angelus ^{Zach. 12.^a} qui loquebatur in me, ita in corporibus malorum contrarie virtutes reperiuntur, à Sedeckia enim pseudoprophetarum principi spiritus Domini recessit, & habitavit in eo spiritus Satani, & Saul regem spiritus malignus suffocabat. Quod David Rex & Propheta testatur, immisit in eos iram indignationis suæ: iram & tribulationem per angelos malos. Et Ambro. Aboali: melancholiam vult esse à epist. 30. demonio. Quod & Alzarusius asserit, egritudines inuadere homines ex prævaricationibus & maledictis dæmonibus, qui dicuntur alhabit ablîs, quos per scientias

DIVINAS ET NATVRALES
des hominum, custodes urbiut,
provinciarum gubernatores, po-
stequam scelera & peccata creue-
rint in immensum, & ascenderint
usque ad cœlos, sicut nunc super
Odeo. 4.
terem. 51. terram inundauerunt, exeunt ab
eis, & deseruntur, dicentes lin-
guis angelorum illud Ieremias:
Curaimus Babylonem, & non
est sanata: relinquamus eam, &
abeamus quisque in terram suam,
sicut ante urbis Iherosolymitanæ
uastationem, quando super limi-
nare templi scissum est Iosepho
teste, tunc apertis repente ianuis
templi, & sponte referatis, quas
multi homines uix claudere pote-
rant, vox de aditis templi è Che-
rubini audita: Transeamus ex his
sedibus. Nabuchodonosor Rex
decre-

VISIONES.
decretum tulit omni populo, &
tribu, quæcumque lingua locuta
fuerit, blasphemiam contra Deo-
um disperiret, & domus uastare-
tur, nunc passim, nomen Dei glo-
riosi, & benedictæ matris eius &
uirginis, reginæ cœlorum, quæ
peperit nobis Regem angelorū,
& Regem regum, tota die impu-
nè blasphematur, nec est, proch-
dolor, qui iniuriam Dei uindica-
ret, scientes quod qui impiè agunt, in Mach. 4.
leges diuinas impunè non cœdit,
ut hoc tempus sequens demon-
strat. Sacrilegia nanque semper Ambroſi:
fuerunt punita, ut patet de Cam-^{us, 30, epi-}
bise, Xerse, Philomene, Iuliano
prefecto, Photione Gallo et Cap-
nione Romano. Turcæ suum co-
lunt & uenerantur & inuocant
c Chedichas

DIVINÆ ET NATVRALÆ

Chedichalim, uictoriosum appellatum, quem in prælijs uocant. Cu ius bona, & sepulchrum possum inter fines Othmani & Caramanii, si quis uiolauerit, saeuiciam eius in se experitur. Est eis quoque Myrthyschyn, & Barczunpassa, ad pecorum & animalium conservationem, offerentes ei panem calidum cum butiro superposito, quem Episcopus quondam Stephanus Cenadensis captivus, solitus erat conspuere, ut bonus miles Christi, captus rursus, post ternam fugam, imposita erant ei cornua hirci recenter mactati, in prora capitis, scissa cute concreta, nec deinceps ad suos redire curauit, dicens: Quia Deus omnium creator, noluit me sua misericordia

VISIONES.

dia esse pastorem hominum, sed ouium. Ideo uitam meam, in hac egestate transigere studebo, exultando cum angelica turba celorum, et decantando sanctam Africæ sancti orationem, apud Danicam descriptam. Habet quoq; Van passam, qui interdum illis & iuuenis & glaber nonaunquam rugosus apparet, discordiarum patrum, uertumnus dicendus; qui nunc leo, nunc ursus, nunc erat hirtus aper, & ita labra inuenierunt suas lactucas. Sic Baltha-
zaz rex filius Nabuchodonosor, bibens cum optimatibus, uxori-
bus, & concubinis suis, è uasis au-
reis, acceptis de templo in Ihe-
rusalem, punitus est, & perdi-
dit regnum, succedit ei Darius.

c ii Si

DIVINÆ ET NATVRALES

Si hęc fiunt apud Paganos per spiritus malignos, qui suę officinę magistris, & nequitię ministris, ubique præsenies sunt: uestientes eos aliqua specie pietatis, interdum exterminatione faciei, non nunquam castitate, & ita sub uitium imagine suggestentes errores uarios, quorum dulcia (ut inquit poëta) mixta sunt amaris, ut facilius decipiāt. Nunquam enim Diabolus se prodit aperta fronte. Quid dices de sanctis uiris & Dei hominibus: qui suis magnis meritis hinc migrarūt: in summa quiete & refrigerio positi, pro nobis orant, ad similitudinem bonorum angelorum, ad quorum sub Origenes. fidium, tanquam ad perfectos medicos, et Dei & nostros amicos, in aduer-

VISIONES.

aduersitatibus nostris absque Dei tentatione, recurrere possumus. Quis enim potest dicere, mundum est cor meum, purus sum a peccato, nec infans unius diei. Cum ergo Deus peccatores non exaudit, consilio beati Job, ad alio*Job. 10. 9.*
Job. 1. 1. quem sanctorę conuertere, quem admodum Origenes dicit. O beate Job uiuens in perpetuum apud Dominum, & uictor permanens in conspectu regis Domini, ora pro nobis miseris, &c. Baruch enim Domine omnipotens (inquit) Deus Israël audi nunc orationem mortuorum Israël. Iratus etiam Dominus Salomonis ait: ^{1. Reg. 11.} Disrumpens scindam regnum tuum, propter tamen David mortuum, concessit ei regnum. Ezechi-

DIVINAE ET NATURALES

as etiam iustus, deprecabatur ultis
onem de aduersarijs, prostratus
^{espia. 33.} Iachinmis, audit per os Esaïe: Pro-
tegam hanc ciuitatem pre pte me,
& propter David serum meum,
qui multis annis ante mortuus, ca-
men viuis patrocino, uiuis solato
fuit. Sic per Christi præcursorum
Ioannem Baptistam mortuum,
reddita uita mortuis militibus ali-
quot Pipini regis oecisis in bello
Vandalico. Licit a fidei auersi, hęc,
& opera fidei peragentes, ieiuni-
um, eleemosynam, tremendumū
mysterium, & magnum pietatis
Sacramentum, quod ipse Spiritus
sanctus insituit, & Apostolos
dovuit, in quo omnia Christi be-
neficia simul representantur, ir-
ident & subsuant, tamē in
^{cre}

VISIONES.

credulitas eoram, quibus est cor ^{Rom. 3:1}
exasperans, qui auerſi sunt auer-
ſione impudenti, fidem Dei, que
in nobis est, non evacuat, quia
bonum facientes non deficiamus,
tempore enim suo metemus infa-
tigabiles, tum quod omnis misé-
ricordia, faciat unicuique locum
secundum meritum operum suo. ^{Eccle. 16:}
rum. Vocant nos Papistas, et tur-
pius quod dicere nolo, possemus
& illos rectius appellare Sathanis-
tas, cuius opera faciunt, cuius mor-
tifera semina spargendo posteri-
tati, magno eorum malo relin-
quunt. Sed absit, non enim esse
mus imitatores Christi & Apo-
stoli, cui Deus dedit gratiam in edi-
ficationem, non in destruc-^{Ioan. 5:2}
tionem, non in congregatio-^{2 Cor. 10:16}
nem, ad congregationem, et non ad
c iiiij disper-

DIVINAE ET NATVR ALES

^{2.} Thes^s, dispersionem. Omnis enim (inquit) amaritudo, sermo malus, ira, indignatio, clamor, blasphemia, tollatur a uobis. Et alibi monuit Thessalonicenses, ut se subtraherent ab omni fratre ambulante inordinate, non secundum traditionem ab eo acceptam, quæ enim (inquit) didicistis, & accepistis, & audistis, & uidistis, hæc agite. Et ^{1. Cor. 15.} alibi: Tradidi enim uobis quod & accepistis. Cum enim perambulasset Syriam, Ciliciam, confirmatis Ecclesiis, præcepit custodire præcepta maiorum, & seniorum. Hinc Beatus Augustinus ad Casulanum sacerdotem. In his rebus, in quibus nil certi statuit diuina scriptura, mos populi Dei, & instituta maiorum, pro lege seruanda

^{Adu. 15.}
Thes^s.^{Dist. 11.}

VISIONES.

uanda sunt. Quod & Hieronymus ad Lucinum affirmat, non enim omnia (ut ad Seleucianam Epist. 52, declarat) quæ facta sunt, scripta reperiuntur, tanta aut facta sunt, quanta tunc fieri debuerunt, tanta ^{Serm. 119.} scripta sunt, quæta nunc legi debue ^{Psal. 119.} rūt: facta sunt, ut illi uiderent, scri-^{119.} pta sunt, ut nos audiremus: quod in illis oculi, hoc in nobis fides, certimus anima, quod oculis non potuimus. In qua fide tempore Celsi tot hæreses erant, ut doctrinam Christi, ob has solas damnaret, quid putas nunc diceret? quando tot sectæ subortæ sunt, ad Apostolorum nauiculam subuertendam, ad unitatem Ecclesie scindendam, per pseudochristos, & pseudodoctores, spiritu erroris percitos, ut

c v iam

DIVINAE ET NATURALES

iam iam Egyptiorum portenta,
 where. 22. quæ illorum crescebant in hortis,
 superare quodam modo uidean-
 tur. Et ob id Paulus monere unū
 Actu. 20. quemque non desit, per totum tri-
 enium in die & nocte cum la-
 chrymis, propter lupos quosdam
 rapaces intraturos, dicens: Atten-
 dite uobis & uniuerso gregi, in
 quo uos Spiritus sanctus, posuit
 Episcopos, regere Ecclesiam Dei,
 quam acquisiuit sanguine suo: sed
 succumbent uolenie Christo, por-
 Matth. 16. te em̄ inferi, non preualebunt ad-
 uersus eam: et uas quod factū est,
 Ezech. 20. contra eam non prosperabitur,
 quando displicebitus nobis, in
 cōspectu nostro. Aliás em̄ princis
 Apo. 21. pes populi mei, inquit, expellentur
 de domo epulatiōis sue, et auferet
 can.

VISIONES.

delabrū ē manibus eorū, & dabit
 in poestate alterius. Sicut Eccles-
 sie Gregorij propter discordiam et
 heresēs Arianas, date sunt in ma-
 nus Persarum, iuxta dictum Pro-
 phetæ: Divisum est cor eorum,
 nunc interibunt: & tu patria dis-
 cors præpara tibi quoq; messem.
 Sed ut eo redeam, unde digressus
 sum. Nola dum oppugnaretur a
 Barbaris, fœlix confessor, non so-
 lum martyrum effectibus, sed ipsi-
 sis etiam aspectibus hominum di-
 uinitus apparuit, & Ambrosius
 Epist. 85,
 quando uidit terra iam eruderata:
 corpora martyrum sanctorum Ger-
 uasij & Protasij, prorupit in hæc
 uerba, Videmus auxilia, quibus se-
 pe sumus defens: non uidebamus
 hæc, sed habebamus tamen: Mar-
 tyres

DIVINÆ ET NATVRALES

August. tyres enim assunt saniandis & iu-
in psal. 83. uandis , non per propriam natu-

ram , sed nutu Dei benedicti , ubi , quando , & quoties , cui , quomo-
do Deus uoluerit , qui reseruauit

fibi multa , quæ nos latent , posuit

Psal. 17. enim tenebras latibulum suum ,

1. Reg. 3. poni uoluit archam fœderis , usq;

Iosue. 18. ad tempus Samuelis ad taberna-
culum Silo , in tribu Ephraim , &
ibidem maluit inuocari , adorari ,
& petentibus acclinari , quām in
Iherusalem , aut alio loco filiorum
Israël . Sic in mundo non omni-
bus in locis , & memorijs sancto-
rum , miracula & terribilia , osten-
dit Dominus uirtutū , qui facit mi-
rabilia magna solus , ubi enim uult
spirat , & nescis unde ueniat , quia
Dei uoluntas , est rerum necessi-

tas.

VISIONES.

tas . Anno nanque 1541. in
glorioſa urbe Vratislauensi , post
turpem & indignam expulſio-
nem Cleri , boni pastoris , sancti
Episcopi , imitatoris Exuperij , Hi-
larionis , Nicolai , qui esuriens aluit
pauperes , & omnem Idolorum
cultum expulit e templo Dei , qui
superbiā humilitate , luxuriam
ieiunijs compescuit : In die Ab-
don & Sennen Martyrum san-
ctorum , repentinus ignis subors-
tus , totam ciuitatem , & afflictis-
simos homines , & pueros in cuna-
bulis uagientes , egros in hospita-
libus euulantes (deflenda plaga) in
unius horulæ spacio , in cineres &
fauillam redegit , reuelabatur in
hoc iuxta dictum Pauli . Ira Dei
de cœlo , super eorum omnem im-
^{Rom. x.} pietas

DIVINAE ET NATURALES

pieratem & in iustitiam, usus est enim tempore incendijs, à religiosa forma, inclusa apud sanctum Mauritium, extra muros urbis, angelus contra ciuitatem, exertum gladium vibrans, carbonibus ardentibus succendentes. Non enim solum homines sunt

Actu. 15. ultores iræ Dei, quemadmodum erat Nabuchodonosor, in his qui malum operantur, qui ciuitana & humana contumaciant, qui

Apoca. 9. poenitentiam nolunt agere, sed & contrarie fortitudines, sed & diuinae & bonae virtutes, quemadmodum de Anania & Zephira per Petrum, de Herode

per angelum, qui eum confessim percussit, de quadraginta duabus pueris Helisœcum irridentibus

VISIONES.

bus per duos ursos, Deus vindictam cœpit: sed multi nunc dicunt peccavi, quid mihi accidit triste. Ignorantes quid per os Esaie dicat Dominus: Sicut parturiens *Ez. 42.* loquar, dissipabo & absorbebo simile. Beata etiam Gunera in Germania, ciuitate Rhenis, permissione Dei, sarcinos, qui non orandi, sed spoliandi graia sacellum ingresserat, pressa testudine ne existeret, miraculose retinuit Deus, qui *Prov. 13.* est ponderator spirituum. Si de sancto Stanislao Episcopo & martyre, patrono huius regni presentissimo miracula referre voluero, & tēpus, et annus me deficiet, uiuus namque Petrum triennio sepultum, proper iustitiam consequendam, per Christum ad uitam reuocauit.

Quem-

DIVINAE ET NATURALES

Quemadmodum hoc literis Hebraicis, hostes Christi qui tum aderant, memoriæ tradiderunt. Ecclesia enim uniuersa postulante,
 Lib. 2. ca. 57.
 Irenæo (qui discipulum Ioannis Euangelistæ Polycarpum in Asia audivit) teste, propter aliquid necessarium, sepiissime per ieiunium, & supplicationem multam, reuersus est spiritus mortui, & donatus est homo, orationibus sanctorū, ex promissis Christi dixentis. Qui credit in me, opera quæ ego facio, faciet, & maiora horum faciet. Cur nunc sancti martyres, & alij existentes in gloria, ubi feruent maiore charitate, aut per eorum præsentiam, aut eis orantibus & impetrantibus, non etiam operantibus per angelos recipientes personam

VISIONES.

sonam martyrum, multo maiora facere non conceduntur: cum gratia & merita sanctorum, non minuantur morte, non dissoluantur in terra, non annihilantur in Paradiso, ut umbra Petri, ossa Heliæ, & sudaria Pauli declarant. Nouisti Doctores, & ut uerius dicam sartores, & sutores, clamant beatum Augustinum fuisse impense credulum, iuxta illud. Qui cito crevit, leuis est corde. Cum religio Christiana, & diuina omnipotencia, magis uidetur honorari, quando id quod evenit, ad miraculum attribuimus, quam obstinate a miraculo defendere, uerbo Christi remanente infracto, tum quod adhuc usque in dies, tum quod a Daniel, gelis, hominibus, & virtutibus d. coele-

DIVINÆ ET NATVRALÆ

cœlestibus, semper renouatur reuelatio archanorum: Ero (inquit) uobisum usque ad summationem sæculi. Attribuit autem uisa ista angelis, per quos Deus patribus nostris antiquis loquebatur, sunt enim omnes administratorij spiritus in ministerium missi, in quorum dispositione, testante Stephano primo martyre, acceperunt legem, quæ ordinata fuit per angelos, in quibus angelis erat Pater, et Filius, et Spiritus sanctus, qui etiamnum dignis annuntiant, siue forinsecus per sensus corporis, siue interioribus reuelationibus in spiritu expressis. Post nancij angelus immutare animum hominis rationabilem, ut Dan. 8. Ibi. Factum est aut, collige-

re

VISIONES.

re licet. Sed sunt pleriq; qui ad artes Chaldæorum ueritas, & bono Christiano penitus fugiendas, aut ad magorū uanitates, & reuelationes suas res componunt, spreto humano sapientum consilio. Non considerantes, quare Saul contra Acham pugnans, occisus sit, & Iosias à Necho rege Aegyptio, quod tempore necessitatis & angustiæ miserat ad Oldam Prophetissam, interfectus fuerit. Nec animaduertentes, Gregorii eius nominis undecimū deceptū, sub quo incepit schisma, durans per quadraginta annos. Fiunt enim reuelationes, non uenitris cultoribus, sed castis hominibus, & Deo dignis, quia sapientia Dei se trânsfert, in animas sanctas, amicos dñi Del,

DIVINÆ ET NATVRALES

Dei, et ut inquit Sapiens, Prophætas constituit. Sibille nanque que Paganæ erant, merito uirginatis, naçtæ sunt spiritum propheticum, & Anna Phanuelis sancta mulier, iustè meruit accipere spiritum prophetatidi, longa castitate, longisque ieunij & obsecratio nibus, nocte & die non receden-
do de templo. Sic beatus Iheronymus dicit se angelorum choris se-pe interfuisse. Testis est (inquit) beatissima Trinitas, quam cerne, bā, nescio quo intuitu, testes sunt & ipsi beati spiritus, qui aderant.

Vnde Amphiareus uates, uolentes recipere oracula, iussit integro die, à uino, à cibo, aut biduo abstinere, quod non possit uaticari, nisi esset uino & cibo liberata,

mens

LHC. 2.

De dulci.
contem.
plat.

Philostra.
in. 2. cap.
4.

VISIONES.

mens in qua ratio dominatur, ob-ruitur nimia gula, ideo Eraclitus dicebat: Lux sicca, anima sapien-tissima. Et alius quidam: Venter contractus, humanos sensus ele-uat in altum. Sicut teste Iheronymo uenter pinguis, sensum non gignit tenuem, sed quia multi des liquerunt propter inopiam, ideo probandi sunt spiritus, siex Deo sunt, nam angelus Satanæ & tene-brarum, potest se transformare in angelum lucis, quemadmodum ipsi Job, nunc in ignem, interdum in prædones, nonnunquam in tria cornua equitum se transmuta uerat. Vnde Iosue, cum principem militiæ coelestis uidisset (sciens in in hoc esse captiones mirabilis) mox requirit ab eo dicens, Noster.

d ij es,

2. COr. 2.

DIVINÆ ET NATVRALES

Iudic. 6.

es, an aduersariorum? Et Gedeon vir eruditus exemplo Iosue, uidens angelum, cautius agit, ut in libro Iudicum patet. Solum enim viri probati attestante Chrysostomo, spiritus uidere poterant, sicut Apostoli, & eis similes, quibus dictum est: Amen dico uobis, uidesbitis cœlos apertos, & angelos Domini ascendentēs & descendētēs super filium hominis, sicut & Ioannes sanctus, Spiritum sanctum in columbæ specie uidit. Et

Iod. 9.

Danil. 10.

Daniel: Vidi ego (inquit) uisionem solus, illi autem qui mecum erant, non uiderunt. Nabuchodonosor etiam solus uidit in camino ignis filium Dei, non merito quidem suo, sed merito ordinis regalis. Et Paulus in actis Aposto-

Daniel. 3.

Aet. 21.

lorum,

VISIONES.

lorum, uisionem solus a spexit, certi enim, qui cum eo erant, lumen quidem uiderunt, uocem autem eius non audierunt, qui illi loquebatur, & ita fortassis est in potestate spirituum, & corporis gloriosi, quod totaliter est animæ subiectum, ut à longe uel à prope, uisum in propria uel aliena effigie immutet. Assumunt enim interdum figuram corporis tam boni quam mali angeli, quomodo autem hoc fiat, potius silendum & differendū, fidelis enim spiritus celat archana. Verum quia nunc Propterea Rom. 2. diuina ultio differtur, longanimitate et bonitate Dei misericordis, Lactancius in 1. ut grauius seueriusque tandem scelerata punit, non em statim post peccatum Achab, propter Nabuthe passus est,

d iiii ea

DIVINÆ ET NATVRALES

ea quæ pertulit. Ideoque non est
 iudic. 17. rex in Israël, sed unusquisq; quod
 sibi rectum uidetur, hoc facit, &
 proprios sequitur errores. Vía
 Proph. 12. em stulti, recta in oculis eius. Sed
 Proph. 14. multæ sunt viæ, quæ uidentur hos
 minibus rectæ, & nouissima ea-
 rum, perducunt ad profundum in-
 ferni, & idcirco, non transgredia-
 Proph. 32. ris terminos antiquos, quos po-
 fuerunt patres tui, qui omnium
 sanctorum colentium unum, ui-
 num & uerum Deum, sunt triti
 berem. 6. uestigij. Audi Iheremiam: Sta-
 te in his firmi, & stabiles, & uide-
 te, & interrogate, semitas Domi-
 ni sempiternas, quæ sit uia bona:
 & ambulate in ea, & inuenietis
 purificationem animarum uestra-
 rum. Sic & uox clamabat in de-
 ferto,

VISIONES.

serto, rectas facite semitas Dei no-
 stri. Cum autem Dominus no-
 ster Iesu Christus, sit uia, ueritas,
 & uita, de quo hanc uocem de cœ. Pet. 3.
 lo allatam audierunt, qui cum ip-
 so erant, in monte illo sancto. Hic Matth. 19
 est filius meus dilectus, in quo mi-
 hi complacui, ipsum audite: et ideo
 teramus eius sancta uestigia, se-
 quamur eius sacrosanctam doctri-
 nam, & credamus Euangeliō Dei
 (non adulterato, per Manicheos
 per Arrianos, aut per similes fari-
 næ homines) quod prædicatum
 est apud uniuersam creaturam,
 quod & Christus in spiritu, his
 qui in carcere erant spiritibus, ue-
 niens prædicauit. Nullus enim
 principatus, nullum regnum, Res-
 publica nulla, sine religione, &
 d v cultu.

DIVINAE ET NATVRALES

VISIONES.

cultu Dei uerī & uiui, durare diu
potest. Vnde Rex & Propheta
spiritu Christi clamat : Et nunc
reges intelligite, erudimini qui ius-
dicatis terram : seruite Domino
in timore, & exultate ei cum tres-
more. Ideo Petrus apud Clemen-
tem, Zachæum hunc ordinaui uo-
bis Episcopum, sciens eum habere
timorem Dei, & eruditum esse in
scripturis. Gentium etiam do-
i. Thlm. 3. stor suum Timotheum, quod
ab infantia non nugis Theatricis
& Poëticis, sed sacris literis diu-
nitus inspiratis, imbutus erat, digne-
num iudicabat presbyterio. Nunc
uero dicunt : Iste est os ex ossi-
bus nostris, caro de carne no-
stra, hic est familiæ & nationis
nostræ, hic dignus est sacerdotio.
Gen. 2.

Ille

Ille autem qui illuminat omnem
hominem, uenientem in hunc **1. Petri 1.**
mundum, qui non est accepior
personarum, qui omnes nos pre-
cioso sanguine suo nobilitauit,
tam supremos & infimos, elegit
Actu. 2. viros religiosos, ex omni natione,
quæ erat sub sole. Melchisedech **Hebre. 7.**
enim rex Salem, cuius neç patrē,
neç matrē, neç genealogiā quis
nouit, factus est summus Dei Pon-
tifex. Vg ergo uobis qui cōditis le-
ges nouas, quorū sum uos conuerte
Ioan. Epi-
tis cū peruereritis ad iudiciū : qui soli **3.**
sequuti diotriphen, expellitis fra-
tres ab Ecclesia, stabimus oportet
1. Cor. 3. omnes ante tremen dū Christi tri-
bunal: probabimur oēs & exami-
nabimur per flamas, anteq̄ induca-
mur in refrigerium, siue Petrus sit
Eccle-

DIVINAE ET NATVRALES

Origen.
hom. 3.
Psal. 36.
Ambro. in
R. sal. 118.

Para. 21.
Judic. 15.
Ecclesiæ pastor, sive Andragas, sive
dilectus ille Dei Ioannes Euanges-
lista, sicut enim in prosperis, Dei
obliviscimur, ita trahimur sæpe
periculis ad religionem, qua nil
maius. Exemplo David & Sam-
sonis. Lesko enim niger i 2 3 2.
irruentibus Lithwanis Iacwini-
gis 23. septembris, in terram Lub-
linensem, quindecim diebus eam
vastantibus, accepto nuntio, cele-
ri cursu peruenit in partes Lubli-
nensium, ab his reperiens cogita-
bat, an quatuordecim milia Bar-
barorum, cum sex milibus suis, in-
sequi deberet, inter cogitandum
uiso angelica, quæ se asserebat
Michaëlem Archangelum, per
somnium monstrata, monuit, ut
cito hostes persequeretur, uictori-

am

VISIONES.

at illi certam promittens, quos in
Octobre, inter fluuium Narew
& Nemen reperit, & compressit:
& ideo Ecclesiam in Lublin, ad
honorem Dei & Michaëlis arch^h
angeli huius rei in perpetuam mes-
moriā, extruxit & locupletissime
dotauit, sciens imperiā in manu
Dei esse, & conseruari, non homi-
num armis, potentia, aut munitio-
nibus: ipse enim est qui dat regna
& aufert, ut patet de uictoria par-
ta Palestinis, duce Samuele, de tri-
umpho coelitus dato in Syros, pre
cibus Helisæi prophetæ. De filijs
deniq^e Hircani Pontificis, qui vice
rant Antiochū cum Cizicone bel
ligerantibus. Dicamus ergo cum
Esaia. Tu Domine pater noster,
redemptor noster, à sæculo no-

men

Vide simi-
lem Epis.
bij lib. 31.
acp. 19.

i. Reg. 3.
Rom. 12.

Esd. 65.

DIVINÆ ET NATVRALES

men tuum, quare nos errare fecisti Domine in uis tuis: induasti cor nostrum, ne timeremus te, conuertere propter seruos tuos hereditatis tuae, qui conuerteris sapientes retrorsum, & scientiam eorum stultam facis. Ut autem finis principio cohæreat, ad soluendum omnes operationes insomniorum per causas naturales, & ea uisa, quæ in uigilia egrorum, phreneticorum, & melan-cholicorum sunt, sequentia sunt necessaria. Primum, sicut uirtus digestiua epatis, est omnipotens in coquendo succos ciborum, ipsos creando, & sicut cor est omnipotens in generandis spiritibus, uariarum specierum: sic uirtus imaginatiua, quæ Auerrois cogitatiua,

VISIONES.

gitatiua, apud communes philosophos, ratio particularis dicitur, est omnipotens in formando simulachra, fantasmata, imagines seu Ideas ex natura propria, est enim imaginatio impossibilium, tam in uigilia, quam in somnijs. Ita quod non solū format, et creat species aut imagines rerum, in natura existentium, ut hominis, luspi, leonum, arborumque, sed & eorum que nunq̄ in sensu apparuerunt, quinimo & impossibilium, unde non est mirum, q̄ illa monstrat in somnijs, formādo plura simulachra, comparatq̄ ea multo, dans eis locutionem & alias actiones, quia licet ratio & intellectus particularis est ueror, ut est sententia Aristotelis, tamen intelligendum.

DIVINAE ET NATVRALES

gendum est sensibus existentibus in operatione & in actu, quia autem in somno sensus exterioris sunt ligati, non adiuuatur eorum adminiculo, & ideo errat, sicut enim figurulus in uigilia mentis & iudicij compos existens, facit uasa sui artificij recte: si autem perderet usum rationis, & materia & rota accepta, faceret sua opera, id est, faceret miranda monstra, aut spectacula apud astantes: sensus etiam, & si sint in uigilia, ratione lassa, non recte operantur, nec possunt recte iudicare, nisi ratio rectificet. Vnde uisus iudicat solem esse bipedalis magnitudinis, cum tamen multis uicibus maior sit terra, unde intellectus castigat errorem uisus, dicens eum non considerare

VISIONES.

re distantiam. Similiter linguis bili affecta, iudicat mel esse amarum, intellectus corrigit gustum, non recte iudicasse, quia non considerat Choleram infusam, non solum in superficie, sed in profundo ipsius. Interdum etiam Melancholicis apparent homines uisus, sicut teste Galeno, uidens ^{4. inter cap. 1.} quendam puerum in fenestra, putauit esse uitrum & projectit extra. Pro soluendo secundo, scilicet quare Melancholici & Phreneticici seu turbati in sensibus uident imaginis, corpora, & uisa similia corporibus extra, tanquam præ oculis assint, & loquuntur ad eas, putantes secum loqui illas imagines, & redditis sibi ipsis, dicunt se uidisse mira. Ideo est,

DIVINAE ET NATURALES

est, à ré ab extra, imago formatur in pupilla oculi, quemadmodum res forinsecus uisa, obiecta speculo, efficit imaginem in speculo, quæ imago in pupilla dat materiā & causam, cur sensus cōmuniſ format intus aliud simulachrum: & ab imagine, in sensu communi extente, iterū formatur alia imago, in uirtute imaginatiua, & ultimo memoria formans condit eam, & sicut ista fiunt ab extra intus ordinatissime, & naturaliter, ita ab intra procedendo ad extra etiam accidit. Nam uirtus imaginatiua, in iudicio suo ligata, propter suam Cacochimiam, in humoribus, partim in spiritibus, format in uigilia mira, & stupefacta monstra, quorum imagi-

nes

VISIONES.

nēs transiunt, per uermiformem ad sensum communem, qui est creator, & à communi sensu ad uisum, ad gustum, & auditum, unde simulachro genitō in pupilla oculi, generat imaginem extra, et postea ī genitī, quia imaginatiua uirtus errat: ob cacoschimiam in humoribus, & spiritibus cerebri, utens illis imaginib⁹ in pupilla, aut extra, prorebus, & loquitur cum eis, & si bīpsi singit eas respondere etiam in uigilia. Eisi hæc quidem naturaliter fiunt, & Deus naturæ aſſit, ut sit, & miraculis natura non desit: pietas tamen Christiana, quæ aſſerie apparuisse angelos Dei multis sanctis, rectissima est & uerissima. Quia idem &

e ī similis,

DIVINA ET NATVRALE S

familis effectus , interdum potest fieri naturaliter & miraculose . Nonne homo hominem generat naturaliter , & Deus plasmauit hominem ? Nonne arbores tempore ueris flores faciunt ? Ars etiam in uaporatorijs importatis arboribus eosde product : Nonne philomela facit dulcissimam melodiam , per naturam , tamen reperiuntur homines , qui artificio linguae , exacte melodiam eius auiculae , sicut aucupes perdicum , voces representare agnoscuntur . Detur honor religioni , natura non penitus spolianda , à suis operibus mirandis , à Deo sibi inditis , & per hunc modum saluantur opera vigilantium , quæ agunt dormientes . In Luna :

VISIONES.

Lutaticis enim ratio particularia seu imaginativa operatur , componit , iudicat , & memoria recordatur , & virtus tactiva & motiva , non sunt tunc in eis ligatae , stante actu imaginationis ; memoria suggerit loca & iter , uoluntas imperat & consentit , virtus tactiva non ligata , adiuuat eam palpatu pedum , per loca exteriora , quæ memoria subiicit , offert & ostendit , virtus uero motiva , quæ non cognoscit , obedit imperio uoluntatis , quia non solum in uigilia , sed in somno ei obedit . Non enim modo uirtutes animales subordinantur , uerum etiam obediunt rationi , uoluntati . Naturales uero uirtutes , non obediunt , tamē subordinantur , ideo-

c in que

DIVINAE ET NATVRALES

que iuuantur aut distrahuntur à
virtutibus naturalibus. Et in hoc
Illiſtris & magnifice domine, re-
lucet ſumma Dei glorioſi ſapien-
tia, qui non ſolum omnia in cer-
to numero, pondere, & mensura
creauit, ſed unicuique etiam rei ut-
ſibili in hoc mundo, ut beati Au-

Augu. 83. gustini, et omnium Cabalistarum
q. 79. q. concors eſt ſententia, præpoſu-
Ambro. lib. 5. in it angelicam potestatem, ad
Pſal. 104. laudes eius ſempiternas,
August. qui ſit benedictus in
euum, Amen.

Moguntiae apud S. Victorem
excudebat Franciscus Bebeni

Typographus, Anno

M D L.